

PROOEMIUM IN SAXONIAM.

ALBERTI KRANTZ IVRIS CANONICI ET SACRAE PAGINAE DOCTORIS VIRI FAMOSISS. SAXONIA EX MULTIS AVTHORIBVS ET ANNALIBVS PLVRIMIS LABORIBVS ET VIGILIIS CONGESTA INCIPIT FOELICITER.

PROOEMIUM.

ENTIS SAXONVM PRIMORDIA, & originem, & quas putant, antiquitates, apud nostros relegentem, pudor occupat, & confusio faciei: ita puerilibus fabulis, & anilibus deliramentis omnia scatent: ut nihil in his sibi constet, nihil quadret. Vna est omnibus sententia, aliunde profectam gentem, nauibus a mari aduentasse. Sed unde, & quo tempore, non inter scribentes

conuenit. Alij a Britania aduectam putant: in quo fallit illos, quod audierint, uel forte legerint, Britonibus atque Saxonibus aliquando fuisse inuicem militandi commercia: Sed non attendunt Saxones transisse in Britaniam, non Britones migrasse in Saxoniam. Tempora suis locis signabimus. Alij a Danis, aut Normannis, & regionibus aquilonis, gentem deriuant: Sed ignorant illi, quod in Dania nostra ostendimus, ab annis ante Christum mille, inextricabile fuisse odium gentis Danorum ad Saxones: ut facile quiuis agnoscat, non profectos ex Danis Saxones, quos uelut perpetuos hostes, implacabili odio sint semper infectati. Alij a Macedonibus ortos ferunt, de militia Magni Alexandri: Nam illo cadente, uelut omnibus inuisos, Macedones nauibus undecumque questis, aufugisse: & partim in Prussia, partim per Albim fluum ascendentes, in eam, quae nunc est, Saxoniam commigrasse contendunt. Sed huius fabelle fictores, ignorant duces Alexandri Magni post eius exitum in se uersos, omnibus indignis copiis militum, quas ille reliquit: nam totis incubuere uiribus pro se quisque terras occupare: Quae uero formidarent milites, qui quoquo uerterent, erant ducibus, qui studerent augendis uiribus, acceptissimi: Et est Babylon, in qua Alexander occubuit, longe mari submota: ut non sit uerisimile, inde profectos milites, maritimo itinere abisse: siue enim Caspium sinum peterent, siue pontum Euxinum, longissimum iter terra fuit: Nec usquam lectum, aut conuictum est, a mari Caspio, ad occidentales praesertim mundi partes, ullam fuisse nauigationem: obstante mari congelato post Riphoeos montes, qui longe procurrunt in boream. Nam quod Mela commemorat, testem faciens Quinctium Metellum Celerem, ex Cornelia Nepote, in mare Germanicum uenisse Indos, illos ego Indico mari profectos accipio, per meridionalem plagam post omnem Africam petisse partes occidentales: & inde circumnauigata Mauritania, & Gadibus ipsis, & omni Hispania, peruenisse in Britannicum: unde facilis illis cursus fuit in mare Germanicum. Sed & fabella de temporibus sese confodit: Nam illa commemorat in aduentu primo Saxonum contigisse, quae post natum Christum annis non minus quingentis facta docebimus: cum tempora Magni Alexandri, quae assignant Saxonum aduentui, pertingant ad annos quingentos ante natum Christum: aiunt enim tum aduentasse Saxones,

PROOEMIUM IN SAXONIAM.

cum Theodericus rex Franciæ Ermifridū Turingū persequeret; qđ omni-
no friuolū est, & ueri inane: nam diu ante ea tēpora in sua puincia demo-
rati sunt Saxones: Testis est Ptolomæ⁹, qui scripsit sub Imp. Adriano: Is
enim nominat Saxones, ostēditq; iam tum habitasse ad Cimbrorū dorsa:
hoc est, ab austro Cimbricę regionis, quæ, eodē teste, Iulia est, Chersone-
sus procurrens inter duo maria, Britannicū, & Germanicū. Sunt præterea
qui scribant, Ariouistū, qui in Gallijs Cæsari se obiecit, regē fuisse Saxo-
num. Et ipse Saxo Sialadicus, Danicę antiquitatis memorabilis scriptor,
iam inde ab initio, & memoria prima Danorū Saxones nominat: testatq;
semper ab omni memoria in nationibus Danorū & Saxonū fuisse inuicē
implacabile odiū. Possum mille introducere testes, iam dudū fuisse Saxo-
nes in hac sua puincia, priusq; Theodericus Frācus Ermifrido Turingo
colluctaret: Nam & Theutones qui cū Cimbris ante natū Christū pro-
fecti sunt in Italiā, multis ex rebus Saxones fuisse contendo: idq; suo tem-
pore multipliciter ostendā. Reiecta igit fabula de temporibus Theoderi-
ci Franci: & ea cōfutata, quę de Alexādro Magno Saxones primos pro-
ducit. Ineptiores ceteris sunt, qui tempora illa coniungūt, quę non minus
mille distāt annis: qđ Alexāder ante Christū quingentis, & Theodericus
post natū Christū plus qđ quingētis annis regnauerint. Ex Danis aut nō
prodiisse Saxones, uetustū & inextricabile odiū inuicē prodit nationū.
Britones aut non in Saxoniam, sed Saxones in Britaniā cōmigrasse, ostens-
dit errorē ex gentiū ortum cōmixtione: Quid enim causę fuerit, Britones
ex fertilissimis agris, & mitiore celo, ad steriles campos, & immitē æthe-
ra cōmigrare? Igit̄ reiectis friuolis aliorū sentētis, quos tandē ab origine
prima Saxones esse dicemus, indigenas, an aduenas? Ego tibi candidē le-
ctor super his rebus existimationes meas aperio: Tu ex his meliora, & ue-
ritati propiora cōiicito: occasionē per ea consequutus circūspiciēdi, & ue-
risimiliora rimandi: Nam in rebus obscuris, ubi nulla ex annalibus præ-
cessere adiūmēta, oportet ex probatissimis authoribus per coniecturā di-
uinare potius, qđ certa tradere. Ego Ptolomēū, & Tacitum præfero: testes,
ut credo, omni exceptione maiores: Vtināq; tam nostri fuissent uigiles in
sua, qđ fuit Tacitus in aliena regione describēda: Germaniā enim omnē di-
ligētissime peruagatus, descripsit: in eius gētis laudes plura testatus, qđ ul-
lus ausit Germanus super cōgentilibus suis: Et uocāt Itali uerso nomine
loquacē: Credo quia nimius illis uisus sit & profusior qđ uellent in laudes
Germanorū, quos uocāt illi barbaros, & Greci uicissim illos: Reddāt uti-
nam reddant, in Augusta integrū historia Tacitū, quē recōdūt: Reddāt
nobis Pliniū in libris. XX. rerum Germanicarū: Recognoscāt nobiscum
preclara Germanorū facinora, quæ nunc obliuione sepulta iacent. Sed ad
originē Saxonū redeo. Testat̄ Ptolomæus, in Asia illa boreali supra mon-
tes Alanos in uastissima illa Scythia, citra tñ Imaum montē, habitare Sax-
ones: Sed illi an aliqñ populariter emigrātes, querēdis nouis sedibus ue-
nerint in Germaniā, nullus authorū, quos uiderim, tradit. Alanos quidē
origine Scythas fuisse, primū in Germania, inde in Gallijs, & Hispanijs

PROOEMIUM IN SAXONIAM.

militasse, ibique cōsedisse cum Suæuis, nōnullosq; transgressos in Aphricā
 cum Wādalis, tradūt & Romani, & Gallici scriptores: qui temporē illorū
 recordantur, post natū Christum circiter quadringentos annos, & infra.
 Sed qñ ex Asia, & quib⁹ ducibus trāsierint, nemo cōmemorat: Et nisi teti-
 gissent Alani Romanas puincias, perpetuum latuissent: q; in Germania
 nulli fuerint ea tempestate scriptores. Sasones igit̃ an cum Alanis, an ante
 illos trāsierint in Germaniā, quo tempore, quibus ducibus, nulli sunt au-
 thores: q̃q̃ uetustior sit Saxonū q̃ Alanorū in hac puincia memoria. Sed
 quod de Alanis cōpertū est, aliunde illos immigrasse, si quis ausit de Saso-
 nibus contēdere, ego non reluctor: uenisse scilicet illos de Scythia, petitū
 nouas sedes: quomō ante illos fecere Huni, fecere Heruli: nam de Gothis
 & Gepidis alia ratio est: quā in Suecia nostra ostēdim⁹. De Hunis quoq;
 significabimus, quid ueteres sentiāt: Et de Wandalis cōpertū est, non esse
 aduenas: quia Gothi, Gepidē, & Wandali, prima origine sunt Germani.
 Sed ex eadē Scythia longe post trāsierūt Bulgari, qui nunc tenēt Misīā:
 Inde etiā Vngari, qui tenēt Pannonias. Deinde uenere Turci, quos Mela
 Turcas appellat: Nouissime prodire Tartari, in solitudinib⁹ Sarmaticis,
 & uastissimis campis potius tendētes, q̃ habitantes: pastoralē enim uitam
 agunt. Sed Turci minorē Asiā cum omni Grēcia occupauere, nunc Vene-
 tis cōsistentes de Cypro, & Candia. Senferit igit̃ qui uolet, Sasones, pri-
 dem Sasones (facile enim fuit pro consuetudine superiorū Germanorū illa
 unius elemēti immutatio, qui crebrius x pro s cōmutāt) ex Asia Scythica
 uenisse in Germaniā: requirat tempora, quæ probatis non dissonēt autho-
 ribus: nam de ducib⁹ forte nulla erit memoria. Saxonē uero Grāmaticū
 uirū Sialandicū, Danicę scriptorē historię, testē optimū, nolim submotū,
 qui supra mille annos ante Christum, nomē Saxonū introducit: hoc siue
 per anticipationē faciat, siue q; cōpertū habeat, in authoribus suis, illa ue-
 rustissima memoria gentē eo nomine cēsītā, non satis firmiter enūcio. Hęc
 interim prima de Saxonū origine cōiectura sit. Succedit altera, quę Aene-
 am Syluiū, inde Piū papā. II. in historia Bohcēmica prefert authorē: is in
 descriptione terrę Bohcēmię flumina pādīt, quę se in Multauiā exonerāt,
 Saxonā, & Lufuntiū, & Misam nominat: quos Multauiā in se receptos,
 secū deuoluit in Albim. Compertū est ex Tacito, Boios ab origine gentē
 Gallicā, tenuisse regionē intra montes, quę nunc Bohcēmia est: inde uero
 pulsos a Marcomannis, hoc est Wandalis, qui usq; hodie tenēt; nam Bo-
 hcēmi Wandali sunt: remanēte ueteri nomine in prouincia, ut nunc Boice-
 mi dicant̃, qui pridē Marcomanni, & generali uocabulo Wandali: unam
 enim esse gētē, una lingua prodit: unde etiā manauit nomē in totā natio-
 nem Wandalorū, ut apud Ptolomæū appelletur gens magna Bcēmi: nec
 enim unq̃ habuit Germania maiorē gentē, q̃ sit etiā hodie Wādālica: cō-
 plectēs Russos, Polonos, Bohcēmos, Dalmatas. Testis est, quod dixim⁹,
 una lingua, quadam uarietate, ut sit, per diuersas regiones alternata: sed tñ
 una est. quod facile perpēdit auscultās. Pulsis ergo ex Bohcēmia fluminū
 accolis, nomina fluuiorū ad quę pridē incolebāt, secū, ut credit̃, extulerūt:

PROOEMIUM IN SAXONIAM.

ut qui in proximis regionibus ad Lusuntium incoluere, partem Slesiae nunc tenentes, quae Lusatia dicitur, marchioni parens Brandeburgensi, Lusatiam dicitur: Qui Misam, ad proxima transeuntes, appellent usque hodie Misnenses: Qui uero ad Saxoniam, paulo ultra progressi, Saxones sunt uocitati: qui paulatim ditionem ampliatae, in latum sunt diffusi, pulsus retro Wandalis, qui omnia confinia olim tenuerunt. Tenemus tempora, suo loco designanda, quibus Saxones pulsus Wandalis, regionem occupauere quam nunc tenent: Verum est tamen, quod ea quae nunc est Westphalia, prius quam cetera terra ultra Visurgum, teneret Saxonum nomen: sed poterat in longis seculis uicissitudo esse pellentium ac repellentium inuicem nationum. Hassones uero qui ab Hercinio saltu ad Renum plana incolunt, si sint aliqua Saxonum portio, ut mutata pro consuetudine Graecorum h littera in s, aut e contra, pro Saxonibus Hassones sint dicti, non diffinitio. Et haec interim secunda sit de gentis origine coniectura. Vnde apparet, si recte conijcimus, ab origine remotissima, fuisse Gallos Boios Saxonum patres: Et his duabus ex rebus aduenas in suam regionem Saxones esse, fatendum uideretur. Sed mihi tertia, quam dicam, sententia, magis sedet animo: multum enim tribuo testimonio Taciti, Germaniae diligentissimi inquisitoris, qui indigenas putat esse gentes Germanorum: uerba ipsi ponenda sunt: Ipsos, inquit, Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium aduentibus, & hospitibus mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebant, qui mutare sedes querebant: & immensus ultra, utque sic dixerim, aduersus oceanus, raris ab orbe nostro nauibus adiit: Quis porro praeter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, triste cultu, aspectuque, nisi sibi patria sit: Hunc ego sequutus auctorem, Saxones indigenam esse gentem credo: sed alio ab authoribus nomine appellatam, qui uetustissimis scripsere temporibus. Et Ptolomeus quidem primo suo nomine Saxones dignatur: uir Aegyptius Alexandrinus. Ceterum, qui ante illum, Strabo, & qui post eum, Tacitus, scripsere, Catos appellauere gentem quae ab Hercinijs montibus in plana descendit, & usque ad Renum propagatur: Taciti uerba contemplemur: Ultra hos, inquit, Catti, initium sedis ab Hercinio saltu inchoat, non ita effusis, & palustribus locis ut ceterae ciuitates, in quas Germania patescit, durat: siquidem colles paulatim rarefcunt: & Catos suos saltus Hercinius prosequitur simul atque deponit: Duriora genti corpora, & stricti artus, minax uultus, & maior animi uigor, multae, ut inter Germanos, sollertiae, & rationis, preponere electos, audire prepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, uallare noctem, fortunam inter dubia, uirtutem inter certa numerare. Haec certe Saxonibus congruere, & de illa esse gentem perscripta, qui animum aduertit, & sine inuidia iudicat, protinus intelliget: In Hercinia enim regio incipit, & cum rarefcuntibus montibus natio deducitur, usque in Hassiam, atque Westphaliam: nam quae nunc Saxonia apud nos potissimum dicitur terra Brunswickensis, Magdeburgensis, & Halberstadensis, ex Wandalia captae, accessere prouinciae Saxoniae: quod suis locis monstrabit. Durant quidem montes ad Visurgum: & illo etiam transgresso, in Westphaliam

PROEPIVM IN SAXONIAM.

perueniūt, in terrā usq; ducatus Montēsis: Et ut qñq; per errorē transcribentiū, qñq; per stridorē externæ linguæ, nominū fiunt infractioes, non est longe a ueri similitudine, si quis cōtendat pro Saxi uocabulo esse usurpatū Catti: multas enim similes mutationes esse factas reminiscimur. Ergo quæ multa Tacitus de Cattis præclara cōmemorat, gētis Saxonū propria esse cōtendo. Liberū sit lectori iudiciū: ego tñ quo magis propendet animus indicare debui. Sunt præterea qui a Saccis, gente Scythica, Saxonum nomē, & gentē oriri arbitrentur: sed qñ prodierint in Germaniā, nobiscum ignorāt. Alij etiā ab Assenez filio Gomer, nepote Iaphet, pronepote Noæ, gentē nostrā deriuāt: illa ueri similitudine: q; testent̄ authores filios Noæ diuississe terrarū orbē, ut Sem Asiam, Cham Aphricā, Iaphet Europam, tenuerint: nec longinqua fuerit nominū deriuatio, Saffones ab Assenez, si qua interim mediore temporē monumēta, si quolibet extarent probatorē testimonia authorē, quæ nulla extāt: nisi, quod testant̄ sacre literæ, Assenez cum ceteris fratribus per Gomer a Iaphet esse natum: & ex ijs insulas gentiū esse infestas. Sed ad arcam usq; Noæ ascendere, ut quibusdam uideri ridiculū sit, sic potest esse alijs religiosum. In manib; est hodie Berofus Babylonic; uetustissimorē temporū scriptor: quæ hac ætate quidam Viterbiensis, cum multis alijs antiquitatū monumētis interpretatus est, ad ostēdēdas Italię antiquitates, & præsertim Viterbi sui: quo multorum testimonio authorē docere cōtendit sub nomine Iani puenisse omnium antiquissimū patrē noui sæculi Noe, quæ Berofus Noam appellat: & qd Germaniā nostrā cōtingit, ostēdit idē Berofus, Tuisconē Noe post diluuiū primogenitū filium, esse parentem omnium Germanorū a Tanai ad Renum: In qua latissima prouincia Sarmatas, Wādalos, & omne genus ceterarū in Europa per uastissimā terrā, nationū, inter limites duorū fluminum, uno Germanorū nomine cōprehendit: Nominat autē inter Tuisconis filios Mānū, Hunū, Suguū, Marsum, Gambriuiū, Theutanē, & quos Plinius attigit, Isteuonē, Hermionē, Ingeuonem, quos & Tacitus in Germania sua cōmemorat: plures deo ortos testatus Germanorum proceres, qui carminibus eorū celebrent: quod unū esse genus seruandę antiquitatis, & Saxo post Tacitum cōmemorat in ea gente borealis Germaniæ. In quo Berofis testimonio duo illa præcipua tenem; quæ nemo Latinorū, aut Græcorū attigit, Theutanē fuisse Germanorū ex Tuiscone parentē, qui posteris nomē suū reliquerit: Et q; Huni, gens antiqua, ex Huno patre, Tuisconis filio, citra Tanaim nati, in gēte numerent̄ Magnę Germaniæ: quod neq; Strabo, neq; Ptolomeus, neq; Mela, neq; Tacitus, sed neq; Plinius, nec aliorū quisq; cōmeminit: omnes enim refugiunt in uastā illam Asię solitudinē, & Scythiæ latitudinē, quoties ignotæ gentis originē requirunt: Inde falso producunt Gothos, & Hunos, cum sint notissimo omnium borealiū testimonio Gothi ex Suecię regno: in quo etiā hodie stirps gentis cū nomine perseuerat. Huni quoq; Berofis attestatone, patre nati Huno, Tuisconis filio inter Europeos citra Tanaim, etiā cum Germanis annumerantur: quomodo Suæui (uetustissima Germaniæ gens) & Marli, quorum

reliquiæ sedēt ad exitum Albis fluminis Thietmarsii, cum uicinis, qui Marforum referunt uocabulum. Sed hæc cum sit pars Saxonie, ad Saxonie tamen nomen, quod iam dudum requirimus, nihil pertinet. Heremus ergo in sententia Taciti, Catos ipsos uocari Saxones: quoniam & regionis termini, & gentis mores consentiunt eius testimonio.

LIBRI PRIMI CAPVT I.

Ac estimatione freti, repetam a uetustissima memoria, quæ Saxo Sialandicus, Danicæ antiquitatis scriptor, inter suæ gentis præclara facinora, etiã de Saxonibus commemorat: nam apud nullũ reperimus authorẽ Saxonũ priorem memoriã: Sed limites prouinciæ designare parerit. Ab aquilone quidem Saxonũ prouinciæ ab omni memoria annumeratũ est, quicquid ab Eydora fluuio

(qui limes est Danicæ atque Teutonicæ) in austrũ uergit: Holsatiã, Thietmarsiam, Stormariã, cõplectens: quas tres terre partes uno Nordalbingiæ nomine ueteres amplexi sunt: quod & si uocabulũ non sit satis Latinũ, ueniam tamen danda est longinquis Latio regionibus, si suæ linguæ mixtis nominibus, regionũ uocabula faciãt: quod & Itali, & Galli, & plerũque omnes faciunt. Hæc autem Saxonie pars ad orientẽ habet terminũ Veterẽ urbem, olim inclytam, nunc solas casas rusticas præferens opidulũ, Stargard Wandalico nomine, quod sonat Aldenborg lingua Saxonũ, Latine Urbem ueterẽ: Ex qua orientẽ uersus, per littora maris Germanici usque in Prussia, Wadaliaca gens omnia ditone tenebat: nunc uero Saxones impleuere, exturbatis per tempora uetustis habitatoribus: nisi quæ claræ urbes per hoc littus sparse, a Saxonũ gente exedificate: parerit tamen principibus antiquæ gentis Pomeranicæ, atque Magnopolis: lingua autem tota est Saxonica: uix paucis reliquijs antiquæ gentis per rura dispersis. Initiũ ergo Saxonicæ nationis est trans Albim ab Holsatia: inde transiliens Albim, per diocesim Bremensem in Westphaliã usque ad Renũ fere pertingit: ab inde uero in Hassiã puenit ad Herciniam (qui nunc Hertici montes dicuntur) pertingens ad cõfinia Thuringiæ: in qua olim non contemnendam partem Saxones militiæ stipendiũ a Francis, quibus militauere, susceperãt. Inde iterũ sub montibus longo tractu peruenit in regionem Albi non longinquã, cõplectens Wittenbergũ & confinia eius, quæ nunc superior Saxoniam dicuntur, duobus principatibus Saxonie titulum sibi uendicantibus: legitima quidem successione ad principes inferioris Saxonie omnis regio pertinet: Sed superiorẽ apprehenderunt Misnenses marchiones, cum dignitate electuræ, quæ illi inferit principatui. Meditullium autem huius, quã descripsimus prouinciæ, totũ ex Wandalico solo redactum est in linguã & mores Saxonũ: terra uidelicet Brunswickensis, Luneburgensis, Magdeburgensis, Halberstadensis. Ad eandem uero nationem pertinet omnis Marchia Brandeburgensis, ex eodem Wandalico solo capta, ac uersa in linguã Saxonũ & mores: quæ utique lingua, si ad lucem ueritatis res inspiciant, sola seruat synceritatẽ suæ uocalitatis, ut uerba omnia puro sono denunciet: non inuersa stridoribus, non cõtorta diphthongis, quomodo Fran-